UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S Clara V. S. Porcarius Ab S Hilaria M cum Soc. 12. Aug.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S Clara V. S. Porcarius Ab. S Hilaria M cum Soc. 12. Aug.

Cultus Ven Sacramenti.

Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur. Paulus.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt ſicut de B. Claræ V tuæ (S. Porcarij Ab. S. Hilariæ M Tuæ) feſtiuitate gaudemus ita piæ devotionis erudiamur affectu per D.N Ieſum &c.

Ora pro infirmis &c

1 S. Clara V. Aſſiſio orta popularem ſuum S. Franciſcum in S. paupertatis & ordinis inſtitutione ita præluxit fæminis, vt ille viris. dixeris verius vnum in vtriſque fuiſſe ſpiritum religionis, adeo in ſe ipſam ſeuera, vt porci exuvias ſetoſas carni obuerſas ſub exteriore habitu geſtaret, adeo etiam Ven Sac. addicta, vt inde oracula & ſolatia caperet. Obijt. A. 1253.

2. S Porcarius Abbas Lerinum Inſulam Gallici maris incoluit cum aliis religioſis viris. D quibus vt gloriæ in cælis gradus accreſceret, Martyrij laborem Deus in terris adiecit, monitis prius per reuelationem, vt paratiores à Saracenis venientem mortem exciperent.

2. S. Hilaria Mater S. Aſræ Auguſtana Martyris, ad ſepulchrum filiæ ſtudioſiſſimas fundebat preces, vnà cum Digna, Euprepia & Eunomia. Id ſtatim fuit perſecutori vt ibidem perimerent.